VERITAS ODIOSA.

FRAGMENTA VARIA

COLLOQVII.

MACHIAVELLI ET MERCVRII.

1 6 2 6.

Ex Schedis M. S. Richardi Attoniti Eboracensis Proto-Cancellarij nuper Classis Anglicanæ.

OXONII,

Apud GVALTHERVM MAPES,

Academiæ Bidellum.

D.

FRAGMENTA VARIA

COLLOQVII

MACHIAVELLI ET MERCVRII.

MACH. Mercuri, Illic intus apud manes est Iustitium. Cessatur à patibulis, rotis, saxis, vrnis, flamma, pice, sulphure, luctu, querimoniis. Quî de caussa nescio. Sed intera geniorum quiuis, dum feriæ sunt, redit ad ingenium. Viden'?

Hic Priscianus dat palmis verbera,
Ibi Aristoteles conculcat aëra,
Verborum Tullius vi mulcet aspera,
Fert Ptolomæus se totum in sidera.

Tractat Archimedes numerabilia,
Metitur Euclides locorum spatia,
Frequens Pythagoras circa fabrilia
Trahit à malleis vocum primordia.

Lucanum vide ducem bellantium,
Formantem aëreas muscas Virgilium,
Pascentem fabulis turbas Ouidium
Nudantem Satyros dicaces Persium.

MERC. Antiqua narras Machiauelle, & mihi nimis quam familiaria, qui hoc quicquid vbivis cælum vltra & infrà est intervalli, toties pervolani. Quasi ignorem ego plura etiam, quæ splenem tibi frangant rerum deliria. Lunæ tantùm quod toties inspexisti, præclarum corpus septem, nec pusillas quidem, in se vrbes complectitur, quas lunaticorum celeberrimi, Cyrenaici, Eliaci, Megarici, Cynici, Eretrici, Dialectici ac demum Stoicorum nonnulli (quod Dij bene vortant) inhabitant. O Iupiter quanti conatus! Omnes adhuc Veritatem quærunt, quæ occursum singulorum metuit ac fugit. Plato vxorem alibi duxit vnam ex Ideis, cum qua in Republica sua degit, vbi

Commune quidvis, liberi, coniux, bona.

Festiuissimi autem (talis enim voluit videri) anima Democriti inter atomos in sole volat, vbi muscas & cantharides sectatur aut ciconias prætereuntibus à tergo, cum cachinno publicè appingit. Collega eius Epicurus, homo semiliteratus & qui animæ fælicitatem summâ oris parte definiuit, turdos & ficedulas in

quarta intermundiorum regione torret. Vbi Magnus Imperator haustu lactis gallinacei aduenientes excipit. Cynicis ad Austrum imperat Diogenes: in nugiuendulos imperium Menippus exercet. Et vt à remotis illis ad viciniora dilabar, Pomponatium non semel vidi, qui necdum de animæ immortalitate securus cõsisteret, cùm malo etiam suo iam sapere didicisset se ibi, vbi tum erat, esse non posse, nisi immortali mente. Manet peruicax disceptandi ardor, nec credit quidem cùm Veritatem tangat, immani delirij spectaculo. Aretinus adhuc in Principes inuehitur, & nuper cum certâ Iacobi I. Britannorum Regis narratione didicisset, Frederici Palatini Heroicos terrâ marique conatus & vanam sine viribus iram, acerrimo in eum scripto inuectus est, libello, quem *Peregrinationẽ Palatini* vocitauit. Nihil eo festiuius, sed & nihil acrius vt homuncionem agat ad suspendium. In Auriacum Mauritium stylum acuebat: sed quòd ille desperanti similis (frustrà malum mitigante Bougermanno) ob tristissimum Bredanæ obsidionis spectaculum contabuisset & inuitus apud Inferos (cùm Superos tantoperè amaret) sepultus esset, noluit bis hominem affligere, cùm semel mori nolentem satis cruciet. Tantum hoc Epitaphij loco benemerito censuit ponendum.

IMPIIS MANIBVS

Mauritij Principis Auriaci, Athei, qui Deum nullum credidit qui cælo regnaret, Sed in terris Idola quædam ambitionis suæ ipsus sibi fabricauit, Gommaristas videlicet nullius fidei homines, à quibus certa prædestinationis lege Comes Hollandiæ salutari sperabat, Si prius optimorum ciuium sanguinem innocẽtem, pessimorum suffragijs damnatum, litasset, libertatem sustulisset. Quod fecit. Sed à scelestissimis scelestior ipse delusus est, & demum Ambrosio Spinolæ inuicto antagonistæ grauissimè infensus, quòd eum ad Bredam nolenti sibi eripiendam prædestinatum certò sciret, è Sacro Textu Fatum firmante Bougermanno, spe excidit & vita cum multo gemitu extrusus est, indignus inter homines censeri, qui vixit vt Hircus, & tanquam Hœdus interijt. *Plaudite.*

Væ Sabaudiæ Emanueli, in quem vastũ opus meditatur, vbi tota Turbulẽti & inquieti Principis Historia. Nec immunes ibunt Ludouicus Galliæ & Carolus. Britanniæ Rex Ita quicquid quotidiana aduentãtium relatione è Superis ad Inferos

ad-

adfertur, ad acerbitates ille more suo trahit & statim in dicteria effunditur.

MACH. Quisque suos patimur manes, Mercuri. Et hoc est quod te volebam. Nam & ego qui Principes non rectè instruxi & Respublicas malè formaui, licet malo meo atheus extiterim, aueo tamen in rebus Politicis versari, de iis quicquid noui est prona mente intelligere. Huc totus feror. Et obsecro te, qui Mundi Secreta longinqua peregrinatione didicisti, si quid habes, communica.

MERC. Habeo non pauca, & quæ vnà tecum per otium pluribus discutiam. Nunc pauca dicam: plura tute ipse leges. Attende. Romæ fui, Antistitem Summũ vidi & ad pedũ oscula venerabundus accessi. Curiositas me eò impulerat, vt ter maximũ illum Vrbanum viderem, quem Vatem olim eximiũ familiariùs cognoueram. Optabam scire, an sibi satis constaret & non subinde (vt quidam dicebant) Poëtico oestro excideret. Nihil verò, sed omni Maiestatis sanctimoniâ venerabilem suspexi, & cùm me non nosset, Deorum filius, in terris Deum alterum adoraui. Occupationes magnas notaui. Etiam curas, præsertim cùm agitaret, quos in Purpuratorum Patrum Sanctissimum Senatum assessores potissimum adscisceret: Ambitio, substructiones clanculariæ & arcanæ, subterranei à Plutone ipso per Siculos Ætnæ cineres meatus, Principum armatæ preces, virũ quamuis constãtem & alioquin Sanctissimum, facilè possent à recto deflectere,

MACH. Materia Statûs præcipuè & Politica arcana, queis nihil violentius.

MERC. Caue narrantem interrumpere.

MACH. Ausculto.

MERC. Tandem cùm non pauci spe metuque (vt facilè fuit obseruare) salutis periculum adirent, quidam etiam ex grauissima futuri euentus apprehensione lecto decumberent, abrupit maturam Pontifex deliberationem & beatissimæ vocis oraculo in Cardines Christianæ & Catholicæ Ecclesiæ ab eo designati sunt XIX. Ianuarij.

Q. F. F. Q.

Patriarcha Gaetanus.
Archiepiscopus Damiatæ. Spada.
Episcopus Graviensis. Zachetti.
Archiepiscopus Lugdunensis. Marcomonte.
Archiepiscopus Pragensis.
D. Spinola, Auditor Cameræ PP.
Episcopus Riminensis. Iesse.
D. Cornaro. Clericus Cameræ,
D. Biscia, Clericus Cameræ.
D. Zachia, Episcopus Montisfalc:
Don Erricus Guzman.
D. de Cauallerijs, Auditor Rotæ & Datarius S.D.N.

multorũ adlubitu, quibus sanguis ille in præcordiis, nec multũ impares virtutes: Aliorũ contrà obnisu, qui cassã spe plenis velis votisque huc nauigabãt. Eorum præcipuè, quorũ, cùm * † * sint, potẽtissimi conatus, factiones robustæ, violenta ambitio. Mirũ quod cũ velle non possint, velint tamẽ maximè. Sed ibatur rursus

 in varia

in varia vota pro iis qui in ſecreto Pontificiæ mentis conclaui, paulò poſt producendi, ferebantur delitеſcere. Tres erant, & facilè trecenti anhelabant. Miſerum eſt homines in hac vita omnes eſſe perſonatos, nec audere quemquam alteri internos æſtus & mentis conflictamina aperire. Multi omnia contemplantur, ſeipſos non vident, antiquitatis virtutes recitant, hodiernas inſectantur. Certum interea Deum ſingulis Actionum humanarum ſcenis ſuum addere ornatum, ſuas dare perſonas, quæ ad ſcopum ipſius *Orbis Hiſtoriam* & *Eccleſiæ Peregrinationem* agant, variè interim diſtractis, pendentibus & diuinantibus. Sapiens dominabitur aſtris. Acceſſit tum ad me quidam, quem Belgam ſuſpicabar, quia non ita pridem Bruxellæ in prudentiſſimi Cardinalis Alphonſi atrio obambulantem hominem obſeruâram, & hem, inquit, mirum quod in tot nouorum Patrum ſublectione, nulla de Nuntio Belgarum, incomparabili prorſus viro, † * * † † † * * † † † non pauca, † * * * * † pro ſede Apoſtolica † * * * * † * * omnium ſuffragiis in Purpuratos referri * † * †. Sed iam intellexi verum eſſe, quod dicunt, Infelix Belgium, quia minus eſſet, licet maxima faceret & pateretur, ſub Pontificum contemplationem non cadere: breui fore vt - - - - - - - - - - - -



Flandros Anglorum minis ne tantillum moueri. Inſultare etiam & vltra prouocare gentem, quæ faſtum omnem, quem reliqui mortalium in capite, ipſa in cauda geſtaret. Infami nationis opprobrio. Carolum quia ſecretas Buckinghami cum Palatino machinationes clam odiſſet, Regem non ſolùm dici, ſed & coronari voluiſſe. Factum id 13. Ianuarij, cùm, ni id fieret, repulſam Parlamenti metueret. Præcipuas Regiæ Coronationis cerimonias in Kal. Maij rejectas. Neceſſitati iam conſultum. Reginam tamen, ne pollueretur, hæretici Præſulis manum conſtanter & Catholicè recuſaſſe, dum è Gallijs, ſi non melior, ſaltem Chriſtianior accerſatur. Factum laudari, maximè in muliere, quæ nihil à Gallica puritate diſceſſiſſet. Cætera fumos eſſe. - - - - - - - - - - - - - - - - - vbivis locorum rei numerariæ penuria ſit, in Britannia ſummam aſſerebat. - - - - - - - - - - - - - - - - - - oppignoratam Regis ſupellectilem; ſed inſuper pecuniæ, cudendæ, eruendæ vænales exponi Comitum octo titulos, Equitum ſexaginta: Illorum quidem ſingulos viginti, horum verò non ſatis intellexi an 6. an 8. nummûm millibus. O tenues vaſtæ fabricæ columnas! - - - - - - - - - - naſcetur ridiculus mus.



- - - - -

- - - - - - - - - - - - - - - - ſummum virum eſſe & amari dignum. Belgarum tamen pleroſque virtutes eius ignorare. - - - - - - - - - - - - - - inuiſum eſſe. Ardelionum aliquot id fieri paraſitiſmis, qui odium quod ipſis ſibi apud omnium animos, publicam rem priuatæ poſtponendo, conciliaſſent, in - - - - - - - - - - - - deriuare conarentur. - fortunam & fælicitatem in ciuium ruinis - plebeij nuper hiſtriones; - - - - - - - in equis ſpectabiles mimi & theatrales ſycophantæ. - - - - - - - - - - - - - - - - - - populo in foro - - - - voraginem feciſſent - - - - - - - - - - - - - - - - - - abſorptura videretur. Delicatum omne eſſe quod affectum lædit. Regimen amoris fortiſſimum eſſe & tutiſſimum. Hæc ille pluraque eiuſmodi, quæ hominis bilem iam commouiſſe videbantur, cùm ſtomachari in quoſdam acriùs inciperet. Iure an iniuria non facilè dijudicarim, cùm nihil in mundo æquè obuium, quàm eum qui rectè faciat æmulos habere. Virtutem peti, & non paucos ab Sa terreri, quod ſola periculis expoſita videatur. Sed ego tum ad alia animum intendebam, quæ mihi in mandatis. Et notaui occupatum feriò Pontificem, vt diſcordantium Europæ Principum animos firma inter ſe pace colligaret. Et licet ablegato in Hiſpaniam Nepote, plus Catholico deferre videretur, à Rege tamen Chriſtianiſſimo nuſquã animum oculoſque auertebat, Occulto in gentem ſeu affectu, ſeu commiſeratione. Identidem tamen animum offendebat Vallis Tellinæ querimonia. Iniuriam - - - - - - ab eo qui arbitrij legibus non ſtetiſſet. Pacem tamen malle ſi qua eius ineundæ ratio. Sed ſolidam & Chriſtianam. Eam nolle, quam Galli molirentur in Italia, vt auocatis inde copiis, vnitis omni ex parte nouæ confæderationis viribus, acriùs in Belgio, Germania, Hiſpania ipſa, Auſtriacorum fælicibus & Catholicis progreſſibus obviam eatur. Conſilium id à Domino non eſſe. Vicarium ſe eius, qui ſuam Pacem, id eſt veram illam, mundo diſcedens reliquiſſet. Eam optare, Huc conari. Et cùm non deeſſent, qui technas eas eſſe Pontificias ſecretò muſſitarent palamque alij profiterentur Che i Pontefici (verba tua ſunt Machiauelle) hora per charità della religione, hora per loro propria ambitione non ceſſauano de chiamar in Italia huomini nuoui & ſuſcitare nuoue guerre: & poi che egli haueuano fatto potente vn Prencipe, ſe ne peniuano & cercauano * * * + - - - -; erat tum Romæ Gallus quidam, qui hanc à Sede Apoſtolica Politicorum calumniam acriter propulſare conaretur, & libellum quo id efficeret, patrio idiomate (quod mireris) Italorum non paucis coementibus venditaret.

MACH. Sine, legam.

Le Pape de Rome a tousiours appaisé les Differens des Princes.

IL se trouué de Gramariens si outrecuydez & presomptueux, que pour seulement s'estre veus redoubtez des pauures petits enfans tremblants & outrez de paour, lors qu'ilz les veoyent mesurer d'vn pas insolent le paué de l'eschole, & portants triomfamment la ferule & paumée Magistrale en main reciter aussi arrogamment ce vers,

O Corydon, Corydon, quæ te dementia capit,

se sont bien monstrez tant suspendus de iugement & si hardis, que sautans du cocq à l'asne, & taillants puis au gros, de maintenir mensongerement que le Pontificat Romain n'auoit oncques faict autre meilleur debuoir que d'exciter les Princes Chrestiens à discorde, & à prendre les armes les vns contre les autres. Mais combien impudemment ces maistres Aliboron, à qui la passion sert de raison: ces Archipendants abusoyent de la verité, n'est que trop de nos iours apparu; par la pieté prudente, & sollicitude Paternelle des Papes, qui ont regné & obligé les Princes par des effects de si grand amitie & affection. Aussi entre les plus grands de la terre, qui est celuy, qui a plus d'obligation de procurer la paix entre iceux que le Vicaire de Dieu? qui porte en ses mains les clefs du ciel, est Prince de l'Eglise, & son Lieutenant General sur l'Empire des ames, n'estant aussi que raison, que celuy qui à le plus de pouuoir de Dieu doibue le plus imiter Dieu, & non seulement en cecy, mais au don des larmes, lesquelles il eut tousiours si prestes à la compassion des miseres humaines. Et aussi les auons nous oncques recogneu autres qu'indifferents? & suyuant le dire de Demosthene contre Aristocrates, qui neque odio neque alia iniusta causa commotus contra animi sui sententiam non pronunciare religiosè facit, despouillez de toute affection contraire à la iustice, & n'ayants rien voulu faire contre le mouuement de leur conscience? Ou au contraire ceux qui esgarants leur iugement par des sentiers oblicques ont pointé leur plume, & appointé leur langue contre ce throsne de Dieu en terre; contre ceste perpetuelle maison des plus grandes affaires de la Chrestienté, contre ce grand theatre du monde, outre d'auoir donné en, des ombres perpetuelles & tenebres papables d'erreurs, n'ont eu que ceste miserable satisfaction des chiens qui mordent la pierre, ne pouuants mordre ceux qu'ils voudroyent bien, & n'ont si tost trouué le moyẽ de secouer vn iong, qui leur sembloit si pesant, & comme les accabloit, que la flatterie & adulation humaine n'ait esté constraincte de tenter de faire le Prince Seigneur du spirituel: & de se laisser porter si auant, que d'impiement burler:

Diuinum Imperium cum Ioue Cæsar habet.

chose manifestement contraire à la raison, & à l'experience. Art nouueau de tirer des vertus des choses du venin : mais non celuy de tirer de la vertu de celles, qui sont venimeuses, pour ainsi iournellement se prattiquer.

La plus grande faute en l'homme de bien sera d'approuuer le mal pour biẽ comme la plus grande meschanceté au meschant, que de condemner le bien pour mal. Mais quoy ? les hommes, qui ont les poulmons enflez, & le foye pourry, qui soustiennent des contentions, & des opinions, & viuent en continuelles disputes de malice, sçauent bien qu'il faut imiter la hiene, qui s'addresse au berger, pour auoir à sa discretion la bergerie. Et nous au contraire, que c'est presomption aux enfans de penser plus sçauoir que leur mere; obstinatiõ de ne se mouuoir aux mouuements interieurs de l'esprit, qui brise & broye la presomption, reduict en cendre la vanité, & se mocque de la sagesse des sages, que celuy ne faict que luyter contre la faueur du ciel, qui luyte & forcene contre des mouuements semblables; qui ne craint telles sortes de Geants, qui se placent pour s'opposer à sa barbe; qu'il ne sera iamais au pouuoir de l'enuie, ny de la mesdisãce humaine d'estouffer ny d'esteindre la clarté d'une belle & genereuse action, & qu'en fin les traicts lancez du subiect, contre la maiesté retomberont tousiours en la poictrine, dont ils seront sortis, & que sur tout n'ya rien si facile, que de mesdire : iusques là que Hercules s'en soucia si peu, qu'il ordonna vn sacrifice, auquel pour toute priere on ne luy disoit que des iniures: & apres la mort les Lirides, & les Rhodiens ne laissoyent de les luy sacrifier, estant impieté de dire quelque mot, qui ne fust iniurieux & execrable.

Et reprennants nos premieres erres, monstrons hardiment que mesme à nos iours n'auoir le Pontificat seulement aidé d'adoucir beaucoup de playes gangrenées : mais remply beaucoup des plus grandes bourses: pour donner moyen aux maistres d'icelles de resister aux violences infideles & Barbaresques.

Et soit il comm' il peut estre venu par la donation de l'Empereur Constantin, ou autrement l'on ne peut nier que quasi toute l'Italie n'ait appartenu aux Papes, en signe de quoy nous ne veoyons que trop encores iusques auiour d'hui les plus grands Roys & Princes d'icelle leur estre feudataires des Royaumes, Principautez, qu'ils y seigneurient.

Et qu'il ne soit de plus porté par l'extraict de la Chancellerie de Rome, que les Royaumes de Naples, Sicille, Arragon, Sardeigne, Ierusalem, Angleterre, Hybernie & Hongrie sont tenus en foy & hommage de l'Eglise Romaine: & que mesmes Innoc Roy des Nortimbriens, & Ofa Roy des Merces, en la grande Bretaigne, & Alphonse premier Roy de Portugal, se sont faict tributaires d'icelle. Et vouloir nier ceste sienne seigneurie temporelle seroit auoir faute de sens, ou de coups de baston, & estre aussi fol & insensé, que Chauuin le pedant de Noyon, lequel en vray vilain, non moins sottement que grossierement en nie la spirituelle.

Que se me dà à mi,
Que vn asno tire coces
Si con ninguna me acierta.

N'estant aussi que trop notoire, que plusieurs Princes pour obtenir des tiltres & grandeurs (encores que purement temporelles) ont eu recours, non à l'Empire: mais au Pontife Romain. Estienne de Hongrie enuoya des Ambassadeus, à Benoist sixiesme pour de luy obtenir la couronne,& le nom Royal. Miceslaus Duc de Poloigne fit la mesme requeste: mais elle ne luy fut interinee, Casimir l'obtient puis de Benoist neufuiesme: comme Demetrius Prince de Croatie & de Dalmatie de Gregoire septiesme: Alfonse Duc de Portugal d'Alexandre troisiesme: Caloyanne Prince des Bulgares de Innocent troisiesme. Et Leon troisiesme ne transfera il pas l'Empire d'Occident des Grecs aux François? instituant Charlemaigne Empereur; & Honorè troisiesme celuy d'Orient des mesmes l'accordant au Comte d'Ausserre. Les Venetiens mesmes ont eu aucun des ornements de leur Duc des Pontifes Romains,& les mesmes disent la superiorité de leur mer leur estre confirmee par Alexandre troisiesme. Et ne fut ce pas aussi Leon troisiesme, qui transfera l'Empire aux Allemands?& Gregoire cincquiesme, qui l'an 1002. y institua sept Electeurs?

Et le Pape Zacharie, qui fit de mesme de la couronne de France, du sang de Meroue à celuy de Pepin? qui puis passa en la maison de Hue Capet, venu par femme dudict Pepin, filz de Hacuide, fille de l'Empereur Henry, & de Mathilde, fille de Louys III. qui fut le dernier du sang de Pepin. Et ceste Seigneurie temporelle, ainsi supposee sans toucher à l'autre (pour estre aucunement meslée de la spirituelle) que l'on nous die de grace par ce qu'il s'est passé, si iamais y à eu Prince au monde, qui se soit oncques plus laissé desplumer du sien,& s'en deposseder partie par amour, partie par force, que le Pontife Romain? car ceux là mesmes, qui plus largement auoyent estez inuestis de ses siefs ont estez ceux, qui (auec grande note d'ingratitude) luy ont esté les plus rebelles,& le plus cruellement guerroyè, & pis que n'auroyent voulu faire les plus ennemys de son estat & dignité. Il y à eu certes entr'eux beaucoup de saincts personnages, que s'il s'en est retrouué, qui pourroyent auoir esté autres, la malignité de leur siecle, & la necessité en laquelle mettoyent leurs plus grands ennemis en ont esté la cause, & s'ils ont practiqué quelque chose contre raison, n'ont laissé d'en porter la peine, & en faire la penitence en ce monde, laquelle auec l'assistence de la grace de Dieu ils ont peu supporter en patience, qui est la medecine plus frequente, pour subuenir à la fragilité humaine,& pouuoir estre plus heureux en l'autre: chez eux en la balance du bien & du mal la vertu à tous iours emporté le poids; s'ils ont faict du mal, qui à paru, ils ont faict encores beaucoup plus de bien, qui tousiours ne s'est monstré: mais quoy? les hommes regardent tousiours l'vn pour le publier; & se destournent les ieux de l'autre, pour ne l'imiter.

Veoyons maintenant de monstrer à ces escolliers estourdis & esceruelez, que nos Papes n'ont pas esté n'y seruy de boutefeux entre les Princes de la

Chrestienté: comme leur folle deprauée & Pedantesque imagination leur suggere: mais bien tous iours, imité Mercure, qui s'en allant en Arcadie accompagné des Nymphes, & rencontrant deux serpents bataillants, interposant son caducé; sur le champ, les pacifia & accorda; car il est certain iamais rien d'importance s'estre faict en icelle sinon par leur moyen; d'autant que comme peres communs il ont tousiours accordé les Princes Chrestiens; terminé les guerres auec la paix; les differents auec les compositions, & les proces & controuerses auec leur sentence. Et quelle plus grande y a il eu iamais au monde (si nous en considerons l'euenemẽt) que celles entre les couronnes de Castille & de Portugal, pour raison de leurs nauigations? à qui fut elle remise sinon à l'authorité d'Alexandre sixiesme, & par qui determiné? sinon par la sentence de sa Saincteté: diuisant auec vne ligne toutes les nauigations de l'Ocean, & les terres neuues entre ces deux nations; & qui à de nos iours accordé les maisons d'Austriches & de Poloigne, que le Pontife Romain? qui tant de fois celles de France, de Bourgoigne & Sauoye? que luy & ses Predecesseurs, & qui trauaille plus d'accorder les deux Beauxfreres de ces dernieres maisons, que nostre bon Pere Paul de present regnant? Et si le mariage est la concorde mesme, qui l'a oncques plus cherie que Clement huictiesme? qui mesme celebra en personne les espousailles de nos Serenissimes Princes, & des Roys & Reyne d'Espaigne en sa ville de Ferrare. Or l'authorité de ces Princes, estant infinie, pour estre Chefs de la Religion, Dispensateurs des choses sacrées, Seigneurs des rentes Ecclesiastiques & iuges souuerains de l'Vniuers ayants, de plus, grand moyen de recompenser & punir sans aucun leur dommage, & pouuoir de conferer des dignitez esgales à la grandeur Royale sans craincte d'abbaisser l'eminence, ni de diminuer la grandeur de leur Principaute. Quel besoin leur seroit il d'aller troubler les Princes ny les Roys? en particulier qu'il n'y à Monarque ny plus respecté des voisins, ny plus reueré des lointains; à qui obeir apporté tant d'honneur, & à qui seruir soit de gloire, & aux Roys, & aux Empereurs, que le Pontife Romain. Et qui (de grace) sinon eux ont tant de fois vny en ligue les Princes Chrestiens contre les infideles; pousse Godeffroi Duc de Bouillon & les Comtes de Flandre, de Toulouse, Blois, Chartres, Boulogne, & autres; Conrrard & Frederic Empereurs, Philippe & Louis Roys de France, Richard Roy d'Angleterre, & quasi tout le Christianisme en Asie à la conqueste de la terre saincte? Pie ayant conforté les Princes Chrestiens à prendre les armes contre les Turcs, & monstré intention d'y aller en personne esmeut tellement les peuples d'Angleterre, France, Allemagne & Italie, qu'abbondant la multitude des hommes plus que le besoin de l'entreprise ne requeroit, luy en conuint renuoyer à leurs maisons plus de quarante mille. Paul entra en ligue auec l'Empereur Charles, & les Venetiens contre les Turcs, & enuoya à son secours contre les Lutheriens douze mille pietons, & cincq cent cheuaux; & puis Pie cincquiesme intenta la mesme entreprinse: mais auec plus heureux succes: pour ce qu'ayant vny soubs son authorité en ligue les armes du Roy Catholique, & des Venetiens, & les pousse aux espaules des ennemis de la foy

en re-

en reporta vne victoire des plus glorieuses, & des plus memorables, que iamais se soit obtenue: moyennant laquelle il rompit les cornes, & despouilla de l'Empire de la mer Selim II. & la maison Ottomane, qui si long tẽps en auoyent esté les maistres; & enuoya de plus quattre mille pietons & mille cheuaux au secours Charles neufuiesme Roy de France contre les Caluinistes de ce Royaume. Et mesmes comme les Papes sont Peres vniuersels à nous touts, il semble que le pays de l'Eglise ait tousiours esté comme la maison, de laquelle chascun s'est peu promettre ayde & assistãce, comme plusieurs fois l'ont receu les Venetiens contre les Turcs, les Franççois contre les Hugenots; les Cheualiers de Malthe en leur necessitez, & Charles Empereur comme cy dessus, en la guerre de Saxe, d'autant que ceux cy ont estez secourus par les Papes de gens & d'argent: comme de mesme ont tresgratieusement esprouué les Empereurs Ferdinand, Maximilien & Rudolph naguere decedé, & auec eux le tresglorieux Prince de Transiluanie assistez en leurs guerres contre les Turcs tres grandes sommes d'argent, de bons esquadrons de Cauallerie, & encores de meilleurs regiments d'Infanterie: tant par Clement VII. Paul. III. Pie IV. Pie V. que par Clement VIII. Et quoy?

MERC. 

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - Hamburgenses, Lubecanos - Vlricum Ordinibus confœderatarum Belgij Prouinciarum offensissimum, quòd iuuenculum non intellectis, experientiæ & rerum agendarum peritiæ defectu, clanculariis - - - - - - - - - - - - - recitabat. Aquilam ægrotare & siue senio siue ingluuie lippire. Inquisitus Medicus Coruus qui Panacen iactabat, facilè comparuit & præscripta diæta, paleis Aquilam diu pauit, sed interim pennas, quasi ita conueniret, complures & conspicuas euulsit. Obstrepebat casu aduentans Anser & doli Coruum accusabat, nonnullo applasu, sed fœda morte fidelitatem cùm finisset, Cygnus repetita Corui criminatione Aquilæ curam magno omnium cõsensu obtinuit & remotis paleis mannaque adhibito lucem non mediocrem Aquilæ restituit. Verum Vespertilio & ipsa medicum iactans, - maximè omnium Cicada fristinniebat quicquid in buccam venisset, & aures omnium dissono strepitu nugisque penitus sibi contradicentibus opplebat. Inter hæc viribus Aquila - - - - - pennæ quædam defluxerant - - - - - - - - - - -. Quocirca in se reuersa - - - - - - - - - - - vnguibus propinquiores lacerabat. Nec immeritò. Cum tandem aliquando - - - - - - - - - - - - - - - - - - tantisper seponamus. In Galliam transire libet, Actionũ huma-

humanarum & præsertim(quod dicere verecundor)omnis atheo-politico-hæretico-christianæ nugacitatis theatrum. Parisiis eram, in Regia Vrbe, vbi magnos Doctores consului, præcipuè Sorbonicos illos vetustæ Sapientiæ Patriarchas. Quorum plerosque antiquis minutæ Theologię nugis detineri cùm animaduertissem, sanctis quidem illis sanisque, sed quæ Priuatorum scrupulos non excederent, cùm Rex interea, Principes, Magnates, consiliarij, etiam dum pessimè facerent, bene audirent, in medium cum stomacho prosilui, & quia alter ille Romę Gallicè, ego in ipsa Regia Gallorum Vniuersitate Italicè(quòd tum ita videretur)altercari non erubui. Videlicet che infiniti grandissimi Theologi haueuano tractate le materie appartenenti alla conscienza degli huomini priuati, che haueuano in compromesso la salute delle anime altrui per lo solo interesse di tre quatrini. Pero che adesso il Mondo grandemente desideraua veder vna compita Somma composta sopra la Conscienza de Prencipi grandi. Materia per la quiete dell' vniuerso necessarissima, & affatto ommessa dalli Theologi, nella quale essattamente si discorresse sopra quelle attioni de Prencipi, con lequali cosi spesso pongono in confusione il mondo, empiendolo de latrocini, d'assassinamẽti & di tanti homicidi, che molti d'essi eccecati dall' ambitione di regnare sopra la terra haueuano fatto correr fiumi di sangue humano. - - - - - - - - - - - - se il termine de dominar vn regno con il solo fine d'impouerirlo & destruggirlo, per - - - - - - - - - - - - - - - - -
Et se tanto hauer essaltata la *Ragione di Stato* ch' ella al presente calpesti le leggi humane & diuine, sia piu detestabile & assecranda Idolatria, che adorar la statua de Nabucodonosor & il Vitello d'oro. Che allora affatto si sarebbono compiti i desiderij loro, quando si fusse trouato vn Theologo tanto timorato d'Iddio, che con li scritti suoi cosi dal mal operare hauesse spauentati li Prencipi, come certo con grandissime fatiche molti haueuano atterriti gli huomini priuati: Percioche cosa troppo strana parea loro, che infiniti docti Theologi tanto si fussero affaticati à ragionar del minuto conto, che li Bottegari, anco delle parole otiose doueuano rendere alla Maestà de Dio, & hauessero poi ommesso di far mentione di quelli errori grandissimi, che commettono i Prencipi grandi, quando con egli eserciti armati rubandosi gli stati, mandano in vltima perditione le cose sacre & le profane: & che con maggior beneficio del genere humano & con premij piu eterni li Sommisti haueriano discorso sopra le attioni di Ludouico vndecimo & duodecimo & di Francesco primo, tutti tre Rè di Francia, le anime de quali s'erano partite di questo mondo con la graue soma di mezo millione de homicidi, tutti commessi per ambitione di regnare, de' quali doueuano rẽdere molto minuto conto alla Maestà de Dio, che empir li volumi delli peccati veniali delle persone priuate. Tutte cose che erano grãdemente necessari à fine che il genere humano tanto afflicto dall' ambitione de' Prencipi, vn giorno riceuesse la consolatione, che cõ tanta ansietà desidera che quei che regnano fussero spauentati dal mal' operare, è venissero in cognitione che *la casa del Diauolo era fatta per li grandi & per li piccioli.*




MACH. -
- - - Florentinis, cùm Reip. - - - - - - - - - - prꝛaui conſilij - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - -

MERC. -
- - - - - - - conſiderare.



FRAGMENTA PRODITIONIS GALLICANÆ



Hugonotti vt vires augeãt, amiſſa recuperent, nouas ſpes alant & tota, inſtar peſtis in corpore, irradient Galliã, honeſtis in ſpeciem conſiliis fuerant iuuandi. Harlæos, Thuanos, Ceruinos, Barclaios & neſcio quos alios Cerberos, impietatis Patriarchas, mors importunè meſſuerat, ne ſaltem tanquam aſſeclæ venirent in partem. Arnaldus Oſſatus nuper Grammaticus è Subulco, aulicus è Grammatico canis, & ex aulico cane Purpuratus, propter abſentiam olim corrumpi inſtruiq́ue non poterat, & pridem, cùm maximè Hugenotti nollent, immaturo ſenio extinguitur. Igitur amico nouo, & fideli opus erat, ſed aduersùs Galliæ lynces, verſipelli, qui publica ruina priuatos ſpes ſuas aleret, violentiſq́ue ſimultatibus, ſæuis conſiliis, & felle Draconum perfidiam callidè tegere pernouiſſet, quales è diuite loco pauperes, quorum funeſta ſemper ambitio Eccleſiæ & regnis exitium, cladeſue portendit. Tandem Oſſati diſcipulus, benè garrulus Protheus, ſed rerum diuinarum imperitus, è ſordidis natalibus, velut è fimeto ſcarabæus exiuit: qui eò conſilia direxit, vt in purpura magiſtro ſuccederet, & ſanè tam dextrè Huggenottis paraſytum, Atheis talpam, aulicis clientem, Eccleſiaſticis

cis Pharisæum, Ecclesiæ Iudam, religiosis publicum hostem, Parlamentis Machiauellum se gessit, vt impiorum suffragiis ad pileum vocaretur. Cum pileo libertas increuit, & simulare deinceps, pro libidine erigere, opprimere, maledicere ars fuit, & gradus ad ampliorē potestatē. Regnum abundat hæreticis consiliariis, imo totis fere parlamentis: omnem explorant fortunam, & quæ sunt hæresi commoda, venantur. Hinc omnium oculi & ora in vnum hunc hominem coniecta: neque ratio deerat: primum sordidi papilionis exgastulum è cuius erepserat tenebris, honorum immodicam cupiditatem acuebat, vt eos tueri facilè vellet, à quibus vicissim protegi poterat; sacri verò ordinis effecerat dignitas, vt sub longo pallio citrà suspicionem tutò posset. Meminerant adhuc Thomæ Volsæi, humili loco nati, sed vafri, catique hominis, qui cùm neque opimis episcopatibus, multorum monasteriorum censibus annuis cupiditatem expleret, neque Cardinalatus ambitioni satisfaceret, nisi Romanus Pontificatus, quem desperabat, accederet; nunc Francisco primo regi, nunc Carolo quinto Imperatori venalem se in alterutrius perniciem præbuit, demum leno regiarum libidinum factus schisma Britanniæ fabricauit. - motuum ciuilium flammas necdum extinctas, quas inter prouinciarum proceres, inter sacrosque homines, - - - - - - - - - - - - - - - - . Cuius hac ætate vestigia secutum est è pistrino mendicabulum, inanis Theologus & nudiustertius clamator è pulpito, qui omnium voce prudentum hominum, rebus per Austriam, Hungariam, Bohemiam, Germaniam nouandis, miscendisque peridoneus, cum Mathiæ Cæsaris Imperator esset, primus malitiæ & impietatis publicus dissimulator, clam etiam fautor & assentator est habitus, scilicet cùm omnia, quæ excesserint modum, noceant, periculosissima ambitionis intemperantia est. Sed erit mox alibi de eius vita, rebusque gestis dicendi materia, cùm è principum virorum litteris proferam, quæ quantaque consilia aduersus Catholicos principes & heroas Ecclesiæ, applaudentibus clam Hussitis & Caluinistis commentus sit, vt vnum exprimeret, Alumnum furni imperare.

,, ,, ,, ,,

,, ,, ,,

,, ,,

,,

,, ,,

,,



- omnem explorant fortunam & quæ sunt hæresi commoda, ve-

da, venantur. Hugonotti semper in pace fædifragi nuper arma mouerunt, quòd tæderet tamdiu regem habuisse. Neu facilè aut citò flecti possent, venerunt aduersùs eum in fortunæ societatē Hollandus & Anglus, quos necdum obducta cicatrice perfidiæ, scilicet nunc fæderis & amicitiæ iure Galli defendant. Rupellanis architectos, duces, Nauarchos, supellectilem nauticam: Montalbanis cum milite bellicam submiserunt: cęteros deinceps iuuere consiliis, auxiliorum quoque spem fecere. Interea in penetralibus curiæ regiæ à rebellibus clanculum ita res gesta est, vt plures domi militiæque proditores inuenerit, quàm consultores, plerosque ad quos res maximè attinebat reipublicę desertores. Ita lentè tandem hostem inuadere vix vllus est ausus: omnes ad arma languerunt, quod tacitè aspirarent inclinanti fortunæ Regię, de qua partem sibi rapere quisque vellet. Itaque ne vincere cogerentur, commenti sunt ad aures eius mollia verba, quibus fortia consilia eius frangerent, donec pares vtrimque vires effecissent. Vtrimque steterunt exercitus, alter ni vinceretur, regem cum regno protriturus. Posuerat vna fatalis dies in libera militum manu exulem videre mallent, an victorem: iocularium denuo Biturigum regem, an Gallorum. Sed Deus vetuit, ne tāto periculo certaretur, ne forte si fugiendum fuisset, fugæ locus deesset. Si enim in Angliam appelleret, venirent ad vulturem, qui dudum, cum Galliæ rex dici voluerit, aliquando etiam sperat esse. Si Sabaudum respiceret, cùm sibi non sapiat, se simul publicæ calamitati inuolueret: Hollandus Galliæ auxiliis indiget & suo lare laborat vt hostem arceat: quamquam fortè regiæ fortunæ illuderet, cùm nūquam nisi suo commodo fuerit amicus. Palatinus mendicato victitat & optat habere consortem. Itaque se conijceret in sinum Hispaniæ quam iam persequitur vt hostem. Sed depulit, inquam, Deus, ab eius capite hoc malum, Rex tamen à sui nominis gloria maius dedecus non auertat. Binarum vrbium obsessarum neutra deuicta, pacem cum rebellibus nomini inhonestam iniuit vel potius, cùm per amicos rogasset, impetrauit. Illi, ne regantur à Regibus, sua sibi opida muniunt, regis munimenta destrui, præsidia sibi imposita reuocari iubent. Rex eorum imperio est obsecutus vt armis & nummis, Anglo Hollandoque festinaret succurrere, qui prius ciuem ei fecerant hostem, & Heidelbergico solio reponeret Comitem, qui nouit reges eiicere. Quid censes Machiauelle. Sed audi Oratorem ipsum Gallum, quem totidem verbis cum Rege ita sermocinantem audiui. O Rex ducunt tuos exercitus & tua signa circumferunt Mansfeldius, Halberstadius, Desdiguerius, Couuræus, Caluinistæ, Athei, perfidi, Venefici. Omnia dixi. Sed ita me Deus amet! cui bono ærarium, armamentaria Patriæ, annonam consumpsimus? cui pronunciarum vectigalia accendimus? sanguinem ciuitatum, oppidorum, agrorum exprimimus? immensam vim auri exportandam à ciuibus quotidie mutuam exposcimus, prętєr annuam, quàm extorquemus? quo fructu militem innumerabilem dedimus? nolo à fonte calamitatum seriem ducere: æs regium euacuauimus, & gemit Gallia sub onere debitorum, antiqua non dissoluimus, noua cumulamus. Externis Italiæ, Germaniæque Principibus regiorum censuum medullam obærauimus, & pæne

pæne nexu tenemur: quinquaginta millium aureorum censum Palatino pendimus: vix nudiustertius quingentorum millium aureorum annuum censum vendidimus, distraximus; tamen vacuis manibus, araneosis loculis sedemus. Ecclesiarum opes exsugimus: ordinem & iura naturæ peruertimus: monachorum cœnobia fœminis, monialium viris pro stipendio militari diuidimus: gladiatoribus canonicatus, Abbatias & Episcopatus nobilibus erogamus. Puellæ monachos in carceribus detinent, viri virgines sibi obsequi iubent. Tanti est, bella pro libidine gerere, quæ, nescio, postquam intulimus, quando & quomodo euademus.

Mitesceret desolatio Galliæ, si saltem nos victorijs solaremur. Sed quo tandem euentu pugnauimus? Mansfeldius multa millia peditum Gallorum, quæ quindecim dies panem non viderant, in Fleruacensem lanienam attraxit: pauci dilapsi è clade, amissis omnibus, ad portas inimicarum vrbium hosti sese dediderunt, ad omnem parati crucem, si pane famem domuissent. Rursum septem millia fame, frigore, nuditate in Orientali Frisia confecit, videre fuit, in fimetis gregatim viuos se condere, quo saltem sepulchrum mortui inuenirent: Alij à rusticis per agros cæsi, ab hospitibus suis strangulati, inauditæ crudelitatis præmium retulere: si quis viuum cadauer in Hollandiam retraxit, cælum execrationibus operiendo, Deum & Diuos blasphemijs onerando animam expulit. Halberstadius Gallica signa in VVestphaliam intulit, cœnobia & Clerum diris exactionibus oppressit: matronas, & virgines sacras, altaria, sacrificia, Sacramenta immani barbarie violauit, illudi, discerpi igne deleri iussit: semper regius miles nouorum scelerum minister efficitur, & cùm nihil nisi latrone dignum effecerit, velut de cœlo tactus pauperie aut lue perit. Omitto fœdissimè ad Breuordiam spoliatos, cæsos, & instar canum iugulatos à Tilio. Quid enim hoc ipso anno non vidimus? quater mille pedites, ter mille equites Galli cum quindecim millibus Britannorum in spem soluendæ obsidionis Bredanæ conscripti, tempestate, & morbis vnà omnes extincti sunt: Brabanticum mare naufragijs, cadaueribus hominum, equorumque constrauimus. Magnæ copiæ incredibili sumptu in Ligures missæ: commeatus trans Alpes in Taurinos inuectus, supplementa multoties adscripta: erogata stipendia: tamen cæsi fugati, armis & rebus exuti sunt, dilapsi desertis signis per ditiones Italiæ Germaniæque semiuiui oberrant: residui quæstorum auaritiâ, ducum discordiâ, fame, & frigore enecantur. In Valle Tellina, alterâ gentis nostræ carnificinâ, nihilo melius agitur: disciplina soluta, annonæ incendiũ & penuria ingens, vbique pecuniæ summa inopia, militũ defectio, transfugę in Austriam, Sueuiã, ducũ dissidia, tenue bellicum instrumentum, Phænomena imminentis excidij. Danus auxilia vestra suis castris recepit: ad hostis adspectum fœda fuga retrocessit, bellumque pertæsus culpat belli & Societatis auctorem. Maritima classis, sanguisuga trium ærariorum, cum sat sæpe corrupit annonam, & partim militem peste consumpsit, post multorum mensium spatia, sine pecunia, sub hyemis & vẽ-

torum injurias,paruis animis,magnis velis,euasit è portu,mari nomen factura, & fabulam posteris.Quippe vix dum altum tenebat, cùm è cælo missa tempestas omnem cum classe conatum dispulit. Iacet nunc triste bidental ad omnia littora visendum & amicorum lachrymis expiandum.Quanquam non est iam nouum ad lachrymas vocari.Denique irritauimus per legatum in Cæsarem ducentis aureorum millibus Gaborem, quem dum hiemare sub pellibus,quadraginta hominum millibus,Pannoniam incendere,Cæsarem fugare,Viennã obsidere,domi nobis applaudimus,in meritoriis lustris nudæ Veneri stipendia nostra cousecrauit,donec percussus est vlcere pessimo, cuius nunc cicatricem obducit, & mephitim depellit.

Interea,inuitis nobis,Breda triumphata,pacata Hungaria,purgata Bohemia, & Austria:noui hostes Galliæ facti in Germania Imperator & in Galliam obliquè infrementes Electores,Orientalis Frisiæ Regulus, Westphaliæ Principes: in Italia Ligures & Insubres,qui tum de vindicta consentient, cùm domi colluctabimur.Præterea Riua frustra tentata, clades in Tellina valle diuersæ, Pontifex cum Romana curia alienus. Sabaudus terra marique premitur,à Taurinis duos hostiles exercitus ali,suum diminutis copiis fractum ne quidem tenuiter sustentari,Veruam periclitari,annonam militarem intercipi videt: portus inuadi:arces &oppida capi,spoliari,dirui,incendi:præsidia cũ infamiæ nota dimitti, quædam in itinere omnibus impedimentis exui,quædam ad remos condemnari.Lentum & serum trans Alpes auxilium:fœda deditio præ foribus est.Hollandi Brasilia eradicati : vna classe disiecta, altera capta & partim depressa, partim incensa:pauci è tanto numero domum deportati,pauperes, seminudi, morbidi,queruli,discordes,inuicem rei. Anglia peste & Procerum metu debellatur. Ager Brunsuiciæ,Grubenhagiæ,Ferdæ,Hildesij, Bremæ i vsque ad ossa depastus est,Halberstadium captum,Hildesium,Hala, Magdeburgum se Cæsari dedidit. Hesso dudum exuli Ilicet ex fundis & vrbibus. Veneti, vt solent, ad prædam primi,ad pugnam vltimi,Gallis amici,Hispanis non inimici videri volunt, factionibus dissident:vbi fortuna nutat,nihil corum fædere leuius,nihil incertius. Nulli pecuniam aut annonam,pauci militem conferunt,omnes petunt;ad Galliam tanquam ad lacum concurritur,quem exhauriunt omnes & turbant; omnes nostro ære rem geri, nostra pelle defendi, denique regnum tot cladibus cruentum peregrè tandem efferri & sepeliri volunt. Vbi ergo ad extrema deuenimus, Sabaudus Hispano deditionem facere minatur, Venetus se timere queritur, ne Hispanicum & Cæsareum bellum, Danus ne Tillianum, & Fredlandi exercitum in suas ditiones tandem attrahat & solus ob aliorum peccata vapulet. Clamat Hollandus interdictis commercijs,obsessis fluminibus, infesto, sibi cum pyratis &Spinola,Anglus cum lue & parlamento,cui displicet bellum, abundè negotij esse: Hessus animam se debere, Palatinus vix prolibus alimenta subministrare,denique quem fortuna lassauit,rixam quærit, & cùm serò fæderis pœnitet, qualiumcũque defectionis argumentorũ non pudet In medio reli-

ĉta Gallia trium exercituum præda, vndique ab hoſte concluditur veterano milite,auro,commeatu,conſilio,deſtituitur:Principes ſanguinis aula & aure regia prohibentur,etiam à Rege & regiis alienantur; Legati Apoſtolici vera dicturi,cùm Romæ à nobis detineri non poſſunt, offenſi, & neſcio quid graue muſſitantes, è Gallia dimittuntur.Interea in patriæ viſceraHugenotti deſæuiũt, regiis portoriis, Eccleſiarum ſpoliis, ſacerdotum prouentibus, Catholicorum ruinis;feræ ſanguinariæ,cùm maius aliquid nihil timent.Quid adhuc feret, aut cui imminet iſta tempeſtas?Interea Tilius alienum demetit ſolum, ſemper felix & victor paruis impendiis:Walſteinius Cęſareis copiis nouos terrores incuſſit. Sedent pacificè domi, quos cogimur odiſſe,Catholici Principes, Cæſar, Hiſpanus,& Bauarus:ſedent Germaniæ Epiſcopi,nemo militem videt, vel audit tubam,quidquid dentibus ringimur, Hiſpano redeunt cum claſſe victrice, ſartæ tectæque ex Tharſis,& Ophir Indicæ gazæ;Britannicæ verò in cæcos ſcopulos actæ pœnè in conſpectu naufragantur.Flandri in maris Britannici, Gallici,Hollandicique confinio,nouum portum admirabili ſitu, profundum, amplum, tutum aperuerunt, opere & arte militari elaborarunt, id eſt,noſtris & ſociorũ ceruicibus inexpugnabile munimentum, intolerabile tormentum impoſuerunt:Excurſio pyratarum,inuectio prædarum, & mercium impediri nequit.Totas cum ſocijs oppoſuimus claſſes,quæ tempeſtate diſcuſſæ, vadis infixæ, in littora impactæ,colliſæ inuicem,captæue ſunt. Reſtat ab hoſte victore redimi nautas & milites,ſi id ſaltem miſeri exorent,ne lege Talionis laqueo vitam in hoſtili littore finiant.

Hos fructus Pararius iſte fæderis protulit, tanto ſanguine ſua deſideria reſtrinxit.Nunquam ſucceſſum habuit impietas: Compẽdiaria res eſt lege, ordine,modo,conſilio,prouidentia,fortitudine,conſtantia caret. Quiſquis aduerſus Deum & Eccleſiam ferrum exacuit,continuò in ſe conuertit. Deus fidem Eccleſiæ dedit,inexpugnabilis murus eſt,videt omnia,falli non poteſt, cauſidico non eget,propitius vndecũque iuuat:iratus vndecumque nocet,cùm vult,ferit, vbi vult vincit.Quid ergo pergimus in Dei cauſam hominis cauſa irruere, Dei gratiam profani fæderis gratiã venundare? Quid galeati lepores in leonem fulminantem,cæci veſpertiliones in aquilam omnia videntem, puſillanimes nani in Atlantem tribus digitis fundamenta terræ appendentem inſurgimus? Quid denique terræ filij in Dei ſolium, paradyſum, thronum, qui eſt Eccleſia, ſacrilegis manibus inuolamus, aut potius paricidæ matris iugulum petimus ferro?

Hactenus præterita,quæ Gallia luget;nunc,quæ horreat futura. Nuper Apoſtolicam ſedem orauimus,ne Legatus inGalliam Vallis Tellinæ bonam cauſam, & cauſæ lucem,ad quam caligare conamur,inferret,id eſt,ne Ludouicum Iuſtũ repetundarum poſtularet.Cùm nihil obtinuimus,irritatum dimiſimus:ad arma porrò conclamamus.Cedit enim hodie fas & æquum Maieſtati, & bellum indicimus, antequam agitur de cauſa. Ita oraculorum regiorum entheus Sacerdos decreuit, & pauci Collaterones & Collatrones idem dixere. Actio tam cruda

in susurros , atque in totas Philippicas ibat : quæ vt in regium nomen inciderent , quid excogitauit ? ad comitia regni manca , & mutila excimur : qui obesse poterant , abesse iussi. Pauci ad comicam scenam adscendimus , quasi liberas sententias vicissim dicturi , & in suffragium ituri de bello : ita enim Rex monebat. Condicta die Regis Germanus , Principes & regni Pares, Curiarum supremarum Præfecti, Archiepiscopi, Illustres Domini, Cardinales, Mareschalli seu castrorum Legati , regem ac regiam matrem, sacri prophanique homines promiscuè & nouo vitio , velut in foro agyrtas circumstetimus, Vidimus ibi eminus & toruum obliquè intuiti sumus turpem fucum obscuro in angulo neglectum stantem , tot motuum Cyclopem , Paridem nostri regni. Silentio facto , Rex iterum aiebat accitos , vt de Valle Tellina liberè singuli censeremus . Senatus consultum Pontifici maximo omittendum fore. Cancellarius primum Regis nomine distortum ius oblongo pallio velauit defensionis aduersus fraudes Hispanicas , quarum Mæcenatem Pontificem maximum videri , qui prosperum Gallorum progressum adornata legatione sistere , & abrumpere studet . Schaumbergius , deinde primus Parlamenti Præses , sic , vt iussi erant , dixerunt omnia ritè , iure , bono more decreta , & facta : regios senatores laudem mereri. Tunc Vmbrio iste propius pedem admouit , & pro more dictatoriè , & decretoriè pronuntiauit. Papam alieno à Gallis animo iniqua postulare. Pacem quidem optandam , sed vtilem & gloriosam. Tria aduersùs bellum considerari posse , distractionem Italici exercitus, stipendia noua nouis præter ordinem exactionibus conquirenda, & motus ciuiles . Ad quæ sic responderi ; primò , protinus omnibus rebus æstimationem Status præualere , nulli alteri bono , vel vsui vllatenus omnes homines ; omne mundi aurum feruire. Secundò , si supplementa scribantur, formidabiles copias effectura , pro caussa tam iusta , si opus sit ne cohortes quidem regias & bonos Regis subditos officio defuturos. Tertiò Hugonottos satis domitos. Quartò , quibus penitus subiugandis sexcenta millia aureorum, quæ Clerus contribuit , sufficienter insumi : adeoque ærarium Regium bellis extra prouincias gerendis vniuersum asseruari . Cardinalis Sourdius de Inducijs , vt interim amplius de caussa liqueret, prudenter exorsus , paucorum surdis auribus & confabulationibus exceptus est , vt facilè animaduertent , totam rem ex composito geri. Cardinalis Valletta & Bassompierius de Hispano pauca factiosè vt canes , qui semper ad vomitum , declamarunt. Hæc summa, & his scilicet auditis , nemine præterea iusso permissoue dicere , Rex annuit, se Comitiorum consulta Legato perscripturum , neque ab eorum sententia discessurum . -

- Fœdus à Christianissimo Rege cum Hugonottorum fratribus ineundum , Anglo , Gabore , Frederico , Batauis , Grisonibus , Caluinistis : cum Dano & Sueco , Lutheranis : cum Venetis semicatholicis : cum Sabaudo semideliro , pro caussa teterrima cuius nec iudex est inuocatus nec arbiter , aduersus Catholicum , Ecclesiæ , Pacis & suum amicum defendenda. - - - - - - - - - - - - - - - - - -

- - - -

-- Non sunt isti confœderati Galliarum, sed mendici. Regium ærarium amant, non Regem, vt postquam illud perdiderint, illum perdant. Quid si alibi fortuna titubet, si ab inimicis tempestas ingruat, si læsa patientia Principum (quod ibi perquàm familiare) si obmurmuratio ciuium in furorem iterum erumpat, vnde, inter ista, suppetiæ petentur? Non à Catholicis qui omni crudelitate oppugnantur. Adnauigabunt ergo Angli & quidem Caluinistæ Hugonottorum fratres (id enim intenditur) natio æmula, furax, libidinosa, Gallis inimica. Hollandi & Veneti suo anxij periculo, semper alieno intenti, data magno æstimant, accepta paruo, serpentes pestiferi, qui tutò tractantur cùm metu rigent, venena tum vomunt cùm se timeri arbitrantur ----------- Irruent Dani, Norwegi, Sueci, Scoti, fœdi & fœdifragi, Barbari, venefici, perfidi. -----------

-- Inibi vidi magnis agitatum conatibus, animis, vocibus, Clerum inter sæcularem & Regulares. Præcipuè priuilegiatos illos & Papalis iuris monachos. Certò enim sibi persuadent Galliæ Prælati de authoritate sua agi, de iurisdictionis amplitudine diminui, quicquid Pontificia potestate exemptionis Mendicantibus indultum. Dissipari Ecclesiæ Hierarchiam, ordinem turbari Apostolicum, Parochias desertas, ad Religiosos omnium oculos, animosque conuerti, priuilegijs eos abuti, non dependere ab ordinarijs, sedi Romanæ secreto glutine affixos hærere: hinc contemnere Ecclesiasticos, præcipuè Pastores & eorum officijs se ingerere audaciùs, leges & decreta Ecclesiæ Gallicanæ parui facere. celeberrimas Regni cathedras paulatim occupare, paucis, Dominos esse & paruulos quosdam alieno in regno Monarchas. Ambitione, non charitate --

----

----------- Motus iste lapis, ingentes statim turbæ & quasi Ecclesiam (si fieri posset) oppressura tempestas. -------------------- Sedem ipsam peti Apostolicam -------------------- contra venena hæc antidotum & excæcatis quorumdam sui ipsorum amore oculis collyrium. Viri pij est qui Dei gloriam (ni fallor) solius Dei intuitu satis appositè in hac caussâ tuetur, factiones amolitur, Schismata anteuertit. Titulum præfert: *Responſe aux demandes d'un grand Prelat touchant la Hierarchie de l'Egliſe & la iuſte defenſe des Preuilegiez & Religieuz*. Longiusculum est, per otium videbis. Nunc pauca quædam de Batauorum -------------------- Ordines generales cum Statibus Zelandiæ altercari super cohortium militiæ, quibus soluendo non essent, reformatione. Offensum grauiter Principem Henricum, quod clam se, tanti momenti negotium inter se dissimulare conati essent. Hinc simultates alere, odium immortale concepisse, cui remedium non facilè tota Dordracenæ synodi prædestinatio allatura. Contra Deum non esse consilium, fore vt talionis legem aliquando & breui subire cogantur, qui in sanguine innocentum non ita pridem manus lauissent. Hoc timeri. Hinc fædera varia moliri. Sed

----

------- fuisse tum quemdam trium apicum, nec plurium literionem, qui futili discursu

discursu, omnia hæc similiaque, præcipuè libellum quemdam, quem ibidem, **Den Hollantschen Apocalypsis** vocitabant, ad populum concitandum à diabolicis quiqusdam Hispanico-maranicæ vel (quod idem erat) Armeniano-belgicæ factionis instrumentis subornata multis lachrymis & suspiriis conquereretur, refutatorio scripto, quod vernaculè **Den Strick vanden openbaren Lasteraer oft Wederlegghinghe vanden Hollantschen Apocalypsis** nominârat. Inutilem conatum, quandoquidem Statibus tantum adulari vellet & rebus suis prodesse cùm publicarum omnino nihil intelligeret, ita Synodum ipsam Dordracenam aut eiusce Executores æstimasse, vt fato ipso & Præstinatione cogẽtibus - ob insignia in publicam rem merita, nequid detrimenti Zelandico-batauicæ tyrannidis Gommaro-cratia acciperet - - - - - - - - - - - - - - - - - - in rei memoriam dicasse.

PETRO QVESNELIO

MIDDELB.

Synodali, Consistoriali

Sine legum peritia Iurisconsulto

RABVLÆ

Deliro, fatuo, vecordi.

Quod

Robustissimum Scriptum

APOCALYPSIN HOLLANDICAM

PVERILI CALAMO

Paucis è Latina lingua vernaculè

versis phrasibus

ET

Sacri Textus deprauatè contortis

Sententijs

Refutare voluerit

VT

MVLTIS LACHRYMIS

Rationes cùm non suppeterent

MAV-

MAVRITII

Mancipiorum eius

Ambitionem & Nequitias

elueret,

Capitolium iunco arietanti

ARCHIPEDANO

ob ſcholares ineptias

VIRGAS ET CLVNIFRAGIVM

&

Viginti canabinos

Mercedem Laboris

dein

LAQVEVM

quo ſe ſuſpendat

Cùm plus ſatis vixerit

& ne

Patriæ calamitatibus

intereſſe cogatur

SYNODVS DORDRACENA

Quia

Sic prædeſtinatum

alioquin

Nihil Factura.

Signat.

D.Heinſius Scriba.

ITEM.

DIT is Quesnel // een fijn ghesel // van Middelburch ghebooren/
Een man van hop // een hooft van strop // een esel sonder ooren/
Die hoort en siet // met swaer verdriet // dat bouen recht en reden
Gheen stercker dinck // d'aerd' ontfinck // dus is hy heel ontureden;
Hy wil men sal // ghelooven al // dat Gommaristen stucken/
Den boosen vont // van Maurits gront // het landt sal immers lucken /
Al zijn zij al // veel in't ghetal // die t'landt regeren
Rust-rooners boos // baet-soeckers loos // en Voghelen sonder veren
Den vuylen uyl // wil met zijn muyl // pluymstrijckelijck doen blincken
De Tyrannij // en Heerschapij // die voor de werelt stincken
Hy sucht hy ducht // en maeckt gherucht // het volcksken soo te stillen
Die met goet recht // al zijn sy slecht // haer Vrijheydt weder willen/
Die roepen wraeck // niet sonder saeck // en konnen niet vergheten
Dat nijt en haet // en eyghen baet // soo veel bloets heeft versleten.
Dat Barneuelt // den vroomen helt // den stant van onse landen
Door puur gewelt // te neer gheuelt // stirf door des Richters handen.
O slechten bloet // O armen kloet // onmachtich te weerlegghen
Dat redenen rijck // en Politijck Apocalypsis segghen.
De waerheydt staet // en noyt vergaet // oock nimmermeer kan steruen
Want het ghemoet // waer tuyghen doet // dat menschen list wil verwen.
Doch sal den aep // en s'Duyuels knaep // niet wesen sonder loon/
Van Strop en Strick // met groot verschrick // ontfanghen voor zijn croon/
Dat hy mach hanghen // sonder verstranghen // om niet te sien
Dat door tweedracht // en mannen kracht // Recht sal gheschien.

* * * *

* *

- - - - - - - - - - - - - - - Armenianos magnis secretisque factionibus ad libertatem aspirare. Nec immeritò. - - - - - - - - - - - - - - - - - - Non defore qui partes eorum tueatur. Ipsum Deum & caussæ æquitatem pro se stare. Paternarum legum & veteris, pro qua tot annis pugnando se suaque deuouissent, libertatis violentos oppressores, Gommaristicam fecem, Synodicos tyrannos, vi armatâ, quicquid frustrà cum Anglicano fœdere bipedum scelestissimus Aertsius secreta machinatione conatus esset & cum Gallicano moliretur - - - - - - - - - - - - - - - - - -

* * * *

* *

B. M.

B. M.

SACRVM

GENEROSI ET ILLVSTRIS HEROIS

IOHANNIS

AB OLDEN-BARNEVELT

DOMINI BERCKELIÆ, RODERISIÆ, ETC.
SAPIENTISSIMI HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ
ADVOCATI MAGNI SIGILLI ET ARCHIVORVM CVSTODIS, EIVSDEMQVE LIBERTATIS PROTOMARTYRIS SANCTISSIMI CONSTANTISSIMI ET
INNOCENTISSIMI
QVOD FVIT

HIC QVIESCIT

QVI post sex & quadraginta annos continuos eximiè, fideliter & fortiter rebus dubiis & asperrimis, Sago togaque Patriæ nauatam operam, Hispanos terra marique consiliis suis sæpe fugatos, resque eorum imminutas, amicitiam ac beneuolentiam CHRISTIANISSIMI aliorumque Regum & Principum in stabilimen LIBERTATIS acquisitam, Rempublicam, Dei fauore, eius laboribus adspirante bene constitutam, MAVRITIVM, Domumque Nassauicam tàm BREDANAM quàm DILLIBVRGIAM, vsque ad inuidiam multorum, suo suasu, præsertim difficillimis LEICESTRII temporibus, assiduo & sedulo conseruatam, defensam & auctam, tandem (ô execrabilis & inaudita ingratitudo) eiusdẽ Illustrissimi MAVRITII, nunc Auraicæ Principis, odio, inuidiâ & ira, scelestissimi mortalium FRANCISCI-ARTSENII arte & fraude, plusquam diabolico

animo

animo in illum excitata, deteſtanda perfidia viginti quatuor, ambitione aut auaritia, aut liuore corruptorum iudicum quibus illegitimè contra leges patrias ad perpetuum Batauici nominis dedecus, vecordia ORDINVM HOLLADIÆ, inquiſitio & cognitio cauſæ eius ab ORDINIBVS GENERALIBVS BELGII FOEDERATI erat commiſſa, contra omne ius, æquitatem propriamque ipſorũ Conſcientiam, inauditus & indefenſus, ad mortem condemnatur, atque in arce HAGÆ COMITANA, plus quam mille armatis militibus, egregiè riteque per ordinum ductores ad indignum hoc facinus tuto patrandum diſpoſitis (quoi præter viginti nouem & amplius millia Reipublicę præcipuus auctor fuerat. vt durantibus induciis in præſidium libertatis alerentur) eodem MAVRITIO cæteriſque inimicis ſuis ſpectantibus, hoc ipſo actu NERONES immanitate ſuperantibus, per ſummum nefas, Annum Ætatis agens SEPTVAGESIMVM SECVNDVM, palam multum queſtus eripi ſibi vitam immerenti, crudeliter trucidatur; & ita imperterrito vereque Chriſtiano animo, ſpiritum DEO CREATORI ſuo reddens, vitam hanc mortalem cum immortali piè & glorioſè commutauit. Non modo autem HOLLANDIÆ patriæque ſuæ, ſed Regibus, Principibuſque GALLIÆ, GERMANIÆ, DANIÆ & SVECIÆ, imo vniuerſæ Europæ, denique omnibus bonis magnum ſui deſiderium reliquit XIII. Maij XVIC. XIX. cum XXIX. Auguſti XVIC. XVIII. Ipſa die decollationis IOHANNIS BAPTISTÆ, laudatiſſimus SENEX pergens ad conſeſſum ORDINVN HOLLANDIÆ, qui illi paulo ante, cum declinare imminentem tempeſtatem vellet, & omnibus muneribus ſeſe abdicare, hoc non permiſerant, ſed memorabili elogio decoratum retinuerant & in SINGVLAREM SVAM TVTELAM receperant, contra omnem fidem, in ipſa CVRIA à præfecto militum cuſtodiæ MAVRITII deſtinatorum eſſet interceptus, & ſemper poſtea admodum ſtrictè detentus & obſeruatus, vt nunquam deinceps à ſuis ſit. Vale Lector, & intrepidum indefeſſumque LIBERTATIS BATAVICÆ DEFENSOREM perniciosiſſima coniuratione tibi ereptum. DOLE

O Trouw Hollanders compt/aenſchout dees droeue ſtede
Aenſiet dit duyſter graff / daer in dat ruſt met vrede
T'lichaem van Johan van Olden-barneuelt
Open trouwen Patriot en vuytghelesen helt
Die eertijts plach te zijn v alderbesten raeder
V heyl / v eer / v trooſt / v hulper ende vader/
Wiens wyſheydt ende deucht/ alſins ſoo was bekent
Dat uwen roem door hem vlooch tot aen ſ'wereldts endt
Die ſes-en-veertich iaer ſelffs met ghedurich waecken
Manhaftich / wyſelijck / trouw / beſtierde Hollandts ſaecken
- - - - - - - - -
- - - - - - - - -

Die

Die Maurits en daer by t'gheheel huys van Nassouw
Ghedurigh en met ernst / ia met een hert ghetrouw
Ten tyde dat Lecester het landt oock socht te quellen
Om Nassouw en ons vryheydt te neder moghen vellen
- - - - - - - - -
- - - - - - - -

Maer als nu eer en eedt en trouwe was vergeten
En sucht tot heerschappyie uws knechts hert had beseten
En nae dat Aersens zyn wraeckghierich sonder reen
Een d'alderbooste menschs die oyt de son bescheen
Al zyn bedroch en list alleen daer toe ginck strecken
Om t'vier van haet en nyt in Maurits op te wecken
- - - - - - - -

Heeft een trouwloose handt / pladt teghens eedt en eer
En saubegaerde van t'landt den gryisen vromen Heer
Oudt twee-en-seuentich iaer en bynae afgheslooft
Op dien dach dat sint Jan seer treurich was onthooft
Verradelyck int hoff gheuanghen - - - - - - - - -
- - - - - - - -
- - - - - - - - -

Is oock tyrannelyck / plat teghens des landts seden
Selfs teghen haer ghewis en buyten recht oft reden
Vyt nyt gansch ongehoort en onuerweert ter doot
- - - - - - - - -
- - - - - - - -

Twelck Maurits selfs met lust als een Nero aenslach
Hoe dat gansch onuerdient zyn vader kreech den slach.
- - - - - - - - -
- - - - - - - -

O grooten Barneuelt / voor al v sorch en draeuen
- - - - - - - -
Al zyt ghy niet gheloont voor uwe trouwe daden
V doot sal uwen lof int alderminst niet schaden
Al wort door tyrannyi verplet v goede saeck
Den Hemel sal die noch wel rechten door haer wraeck.

" " " "
" "

- - - - - - - - aduersa omnia, quicquid frustrà molirentur. Super rebus piscatoriis nihil hoc anno decretum. Non audere, quicquid promittant maxima Britannicæ Classis præparata. In certissimo mortis periculo Rotterdami versari, tot conuictas grauissimorum furtorum Admiral - ingentem pecuniæ summam debere. Quocirca ab Ordinibus decies centena millia mutuò postulasse, ne Societas plane dissoluatur, militibus aliquid stipendij - - - - - - - - - - - - - - - - - - in magno mærore versari. Ad Regnum spem nullam esse. Buckinghamo non fidere. Variè se torquere - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

" " " "

FREDERICO PALATINO

Bohemiæ Ex-regi, Palatinatus Rheni Ex-comiti, mœsto, mœrenti, afflicto, ob infelicem Classis Anglicanæ regressum, quò animum reficiat & contra spem in spem se erigat, voueatque fore se constantem ad aras vsque Statuum Hollandiæ cum multa prole Alumnum.

NYMPHÆ HAGÆ-COMITANÆ

Melancholiæ fugandæ, pellendæ
si fieri possit,

Nouo tono, suaui sono, dulci harmonia

Psalmum veterem

Post Pragæ memorabilem fugam
Exuli oblatum,
Rursus instauratum, emendatum
In Tympano & choro
D. D.

Ad imitationem Psalmi 115.

In

IN exitu SPINOLÆ *de Brabantia, Exercitus Catholici de populo Belgico.*
Facta est Germania sanctificatio eius, Aquila potestas eius.
Ansbach vidit & fugit, VVirtenberch conuersus est retrorsum.
Electores exultauerunt vt arietes, & Catholici sicut agni ouium.
Quid est tibi Ansbach quod fugisti, & tu VVirtemberch quia conuersus es retrorsum?
Electores exultastis sicut arietes & Catholici sicut agni ouium?
A facie SPINOLÆ *mota est Germania: à facie serui Cæsaris.*
Qui conuertit Heydelberch stagnum Caluinistarum, ad Petram Catholicæ veritatis.
Non Palatino, non Palatino, sed Cæsari dedisti victoriam.
Super misericordia & veritate Catholicorum, nequando dicant hæretici, vbi est Cæsar eorum?
Cæsar autem noster viuit in Germania, omnia quæcumque voluit, fecit per SPINOLAM.
Simulacra Principum aurum & argentum Ciuitatum Imperialium, opera manuum hominum.
Os habent Ciuitates & non loquentur; Oculos habent Argentinenses & non videbunt.
Aures habent Vlmenses & non audient; Nares habent Nuremburgenses & non odorabunt.
Manus habent Principes & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt.
Sed aufugient & cantabunt, Psalmos in territoriis suis.
Similis illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.
Domus Austriæ sperauit in Domino; Adiutor eorum & protector eorum est.
Domus Austriæ sperauit in Hispano; Adiutor eorum & protector eorum est.
Dominus memor fuit SPINOLÆ, *& per eum benedixit nobis.*
Benedixit Domui Austriæ, benedixit Domui Burgundiæ.
Benedixit omnibus qui timent Cæsarem, pusillis cum maioribus.
Adiiciant SPINOLÆ *obedientiam, Palatinenses & filij eorum.*
Benedicti vos Cæsariani à Domino, qui pugnatis cum Turcis & Caluinistis.
Palatinatum Regi Hispaniæ, Electoratum autem dedit Principi Bauarico.
Non Caluinistæ aut Turcæ laudabunt te Domine, sed omnes descendent ad Infera.
Nos autem qui liberati viuimus, benedicimus Deo, Domui Austriacæ ex hoc nunc vsque in sæculum.

,, ,, ,, ,,
,, ,,

- - - - - - - - - - - - vltrà moras. Eccum tibi varia quibus otium ſubinde fallas. Noua ſunt & iucunda, quibus Mundi Status vt modo eſt, ab ingenioſo quouis facilè dignoſcetur. Adſunt ecce.

Theſes 400. ſuper vita Cardinalis Richelieu.
Apocalypſis Hollandica.
Querimonia Paupertatis ad Religioſos Inferioris Germaniæ.
Excidium Britanniæ ſub Carolo Infælice.
Florilegium Nequitiarum Halberſtadt.
Palamedes, ſeu Innocentis Barneueltij Simulachrum.
Viſio Halgarazabel.
Prophetia de Tumultibus Armenianorum.
Lamentatio Hollandiæ.
Relatio de Proditione Gallicana.
Rhytmus Pacificus.
Germania Catholica cum Appendice Daniæ vaſtatæ.
Le Catholicq d'Eſtat.
Le Miroir du temps paſſé.
Admonitio & Myſteria Politica.
Quæſita.
Franciſci Aertſenij Hollandiæ proditoris Vita & mores.
Vale Gallicum Legato Barberino.
Reſponſio de Arcanis Reſtrictionum Mentalium cum commmentariolo de vero Politiciſmo.

,, ,, ,,

Reliqua deſiderantur.

,, ,,

FINIS.

a quibus
odo est,

s.

sen-

Middleton Cheney Banbury. Nov. 14. 1885

My dear Madan [from the Rev. W. E. Buckley]

From an Antwerp Catalogue under heading of Rarities relating to England I ordered, and have received the two little tracts of which I enclose the titles.

The Berthelet is genuine, but I should like to know somewhat more than Dibdin inaccurately gives.

I do not see it mentioned in Strype. or Lowndes by Bohn.

Would Froude notice such small things?

That it is very rare is unquestionable. If you can tell me nothing should I try N. & Q.

As to the Other, seeing <u>Oxonii</u> to such a Title as was incomprehensible – (for who c^d know any thing about Richardus Attonitus Protocancellarius Classis Anglicanae) I ordered the tract on the chance of its having some bearing on the troubles which began early in Charles 1st reign, and perhaps relating to Alma Mater herself.

So far I am disappointed, but it may be of some importance and interest on other grounds.

Can you elucidate? Have you it, or any collection of Synod of Dort pamphlets in Bodley? It is a period in which you are rich.

Perhaps "classis" has no reference to the Admiralty, & only means the company of English Deputies to the Synod.

W. E. B.

V

p

Of
h
Sy
o
D
D

Veritas Odiosa. | Fragmenta Varia | Colloquii | Machiavelli et Mercurii | 1626. | Ex schedis M.S. Richardi Attoniti | Eboracensis Pro-|to-Cancellarii nuper | Classis | Anglicanæ. |

OXONII.
Apud Gualtherum Mapes,
Academiæ Bidallum.

Quarto. A to D3 in fours. Title pp. 1, 2

pp. 3 – 7 in Latin.
8 – $12\frac{1}{2}$ in French
$12\frac{1}{2}$ – 13 Latin and Italian
14 – 23 Latin
24 Flemish or Dutch
25 – $26\frac{3}{4}$ Latin
$26\frac{3}{4}$ 27 Flemish or Dutch Verse
28 – 30 Latin.

Of course Oxonii is a sham. The pamphlet must have been printed in Holland and has reference to the Synod of Dort, which is mentioned on p. 25, where occurs the name [real or forged?] "D. Heinsius Scriba".

Do you know of other instances of Oxford sham imprints? Do you collect them?